



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. Quàm necessarius Parocho.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Pars prima.

§ I

N V M : II.

Exempla.

Cogita tu h̄ic mihi ex multis fam-
cto zelo inflammatis , ex quibus
erumpunt h̄æ flammæ , Jeremias , Da-
uides , Paulos . Factus est in corde meo ,
quasi ignis exæstuans ; audiui enim contu-
melias multorū , & terrorem in circuitu .
Tabescere me fecit Zelus meus : vidi præ-
nacantes , & tabescetam : Vide iam ex
illo igne liquecentes lacrymas : Exi-
tus , id est , lacrymarum fontes , dedu-
xerunt oculi mei , quia non custodierunt
legem tuam . Moyſen fileo . dic quæſo ,
quis & qualis est Paulus ? Euolue Epi-
ſtolas : ardent , singulæ ſententiæ non
ignes ſunt , aut flammæ , ſed incendia .
Præterea vide Pauli ſectatores Chry-
ſostomum , Ambroſum , tres Grego-
rios , & recentioris memoriæ Carolum
Borromæum . Hoc ſcilicet verè , &
propriè Pastoritum , zelare Domini
gloriam & animas : ac te quidem , mi-

C 2

Neq.

Neo-paroche adhuc ut omnia initia
solent, feruere arbitror: verum si te
cum summis illis viris conferas, tepi-
dus es, ne dicam frigidus: suggeran-
igitur quasi malleolos, & faces; qui-
bus te vehementius incendam.

NUM: III.

*Incentiu*a*.*

PRIMÙM expende suis momenti
mūmus, quod suscepisti. Pasto-
es; pastoris est vigilare, excubare,
speculā omnia circumspicere, ne quā
vel clām, vel apertè irruant lupi Ta-
tarei, qui perpetuò prædæ inhian-
ti obſistendum, ne gregem impetant
extrahendum ex ipsis fauicibus, si ou-
culam rapuerint, etiam, si opus est
occumbendum: ita vigilabant, ita
pugnabant Iacob, & David pastore
Die noctūq₃, ait ille, aſtu urebar, & gelu- P
ſuſce
S. G
ſomnūsq₃ fugiebat ab oculis meis. Et alter par
nunt
Pascebatur, inquit Sauli, ſeruus tuus patrū perp
fui gregem: & veniebat leo, vel ursus, & as, q
tolle-